



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 888. Usque Ad Annum 1000

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117921

§. 30. Argrimus restituitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66313)

Sæculum IX.
A. C. 899.

§. XXX.

Argrimus restituitur.

Sup. n. 6.

Hoc Concilium Ravennæ forsan ante, sed certe non post annum octingentesimum nonagesimum nonum celebratum est, quo ante mensem Decembrem Lambertus Imperator, venationi indulgens, per insidias suorum interiit. Eodem anno & forte in eodem Concilio Joannes Papa Argrium Episcopum Lingonensem(*) restituit. Is ille est, quem Aurelianus Archiepiscopus Lugdunensis ordinaverat, defuncto Geilone, sedente Stephano VI. Papa, & cui tunc quidem Teutboldus prælatus fuerat. Clerici populusque Lingonensis, scilicet pars illa, quæ Argrimo favebat, tertio Romam mandatarios miserat, ad impetrandam ejus Restitutionem; quin & Rex Berengarius data epistola pro ejus causa peroraverat. Nec amplius esse vir ignotus dice-

(*) Restitutionem Argrimi etiam Benedictus Papa IV. confirmavit in Epistola ad Galliarum Episcopos, Principes &c. his verbis: *Joannes Sanctissimus Papa canonice definivit; quatenus ei Apostolica auctoritate sua redderetur Ecclesia Nos vero Prædecessoris nostri Joannis Papæ Statuta in omnibus servare cupientes &c.* Ad. Conc. Tom. VI. Part. I.

dicebatur, & clam omnibus ab Aurelia-
no ordinatus; sed contra referebant,
unanimes voce Clericorum populique
fuisse electum, sibi que invitis quorum-
dam præpotentium virorum arte ere-
ptum.

Sæculum IX.
A. C. 899.

Ut his responderet, Joannes Papa
Clericis populoque Lingonensi scripsit,
se percepto consilio Episcoporum Colle-
garum suorum reddere ipsis Episcopum
suum Argrimum, non ut Judicium Ste-
phani Papæ Antecessoris sui vituperaret,
sed in melius mutaret, id postulante ne-
cessitate, cujus rei complures alii Ponti-
fices exemplum dedissent.

Ep. 3.
to. 9. Conc.
p. 495.

Ad Regem Carolum similem scripsit E-
pistolam, rogans, ut Restitutionem hujus
Episcopi curaret. Hæ duæ Epistolæ datæ
sunt mense Majo, Indictione undecima,
seu anno octingentesimo nonagesimo no-
no, qua tempestate Rex Carolus simplex
Franciæ saltem in Neustria solus impera-
bat; nam Regem Odonem Caroli æmu-
lum anno superiore octingentesimo no-
nagesimo octavo, die tertia Januarii fa-
cta abstulerant. Eum solemnī pompa
ad S. Dionysium Proceres condiderunt.

Ep. 4. ibid.

Reg. an. 898.

§. XXXI.

*Arnulphi obitus. Ludovicus Rex
Germaniæ.*

Hoc anno octingentesimo nonagesimo
nono

Papebr. p.
152. Luitpr.
I. C. 12.